

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorvm Dialogorum Libri  
Qvatvor, Qvos Postremo Ipse Recognovit: Argvmenta  
Singvlis Dialogis Praeposvit, Et Sententias Svbiecit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Semeis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

tibi nunquam abfuiſſet Deus, idem nunc eſſet iam hi  
 hac juſtiſſima cauſa adfuturus. *D.* Ne me cela eſt ca  
 quod te rogabo. *M.* Roga ſane. *D.* Nonne ne ut e  
 iſtud totum feciſti impulſore Joabo? *M.* Ita tibi Quid t  
 ſecunda omnia opto, o Rex, ut nullius harum ei Jov  
 rerum quenquam ulla ex parte autorem habeo eo fac  
 præter Joabum, ipſe juſſit, ipſe præmonſtravit qui ex  
 quæcunque dixi: ejus inſtinctu rem omnem in machi  
 volucris figurarum texi: quam tu pro tua divinitate e  
 ſapientia, qua omnia, quæ in mundo conſtant taſſe c  
 tenes, facile intellexi. *D.* Impetraſti Joabe. J bonu  
 Sane reductum adoleſcentem Abſalomum. J S. Sc  
 Ago tibi gratias immortales, o Rex! nunc demum omniu  
 intelligo, me apud te valere gratia, poſtquam hoc drupe  
 ſum a te conſequutus. regnu

## SENTENTIA.

*In alia cauſa facilius judicant homines, quam in  
 ſua: itaque hominem ab aliena ad ſuam per ſimilitu  
 tudinem deducere prudentia eſt.*

SEMEIS. 1 Reg. 16.

## ARGUMENTVM.

Semeis Davidem conviciis proſcindit,  
 quæ David fert patienter.

*Semeis, Abiſæus, David.*

**P**rodi, prodi homo ſanguinarie & ſcleroſe.  
 Expetit a te Jova omnem ſanguinem domus  
 Sauli, cujus tu regnum occupavi, quod Jova Ab-  
 ſalomo filio tuo tradidit. Nunc nunc tua te ſce-  
 lera petunt, homicida crudeliſſime, quum ego  
 jam

esset iam hic lapidibus obruam. *A.* Nonne indignum  
 est canem istum mortuum regi conviciari? Vis  
 Nonne ut eum adoriar, eique caput decutiam! *D.* a)  
 Quid tum postea, fili Sarviæ, si conficiatur: & si  
 ei Jova mandavit, ut Davidi malediceret, quis ab  
 eo facti rationem reposcat? En meus ipse filius,  
 qui ex meis visceribus ortus est, mortem mihi  
 machinantur, quid faciet b) semine natus? Si-  
 nite eum maledicere! nam Jovæ jussu facit: for-  
 tasse c) respiciet Jova meam miseriam, mihi que  
 bonum rependet pro hodiernis hujus conviciis.  
*S.* Sceleratissime, & flagitiosissime mortalium  
 omnium: non solum bipedum, sed etiam qua-  
 drupedum, nequissime, qui per nefarias cædes ad  
 regnum pervenisti, qui Sauli domum funditus  
 extirpasti: qui hominem optimum, ejus uxore  
 constuprata, crudelissime occidisti; & ejus neci  
 plurimos te meliores addidisti, adulteriumque  
 homicidio cumulasti, homo perfidiose & impure,  
 quid potest in te satis graviter dici? quem ego  
 hic faxis jam mactabo, & unius iustissima cæde  
 tot nefarias cædes expiabo.

## SENTENTIA.

*Maledicta constanter fere, magni est animi: non  
 ferre, effæminati.*

ACHI-

- a) Vindictam suadenti obtemperandum non est.  
 b) Videlicet ex Sauli cognatione.  
 c) Piorum patientiam remuneratur Deus.

H

ACHITOPHEL. 2 Reg. 17.

ARGVMENTVM.

Achitophel Absalomo prudens, sed impium consilium dat, de opprimendo Absalomi patre Davide. Verum Chusæus Davidi bene volens, altero consilio illud reddit irritum.

*Achitophel, Absalomus, Chusæus.*

**A**bsalome, censeo, ut ego nunc, lectis duodecim hominum millibus, Davidem hac nocte persequar: eumque perterritum & fatigatum defessumque, omnibus, qui cum eo sunt, fuga dilapsis, solum interficiam: deinde cæteros omnes ad te sic reducam, ut sponsa deduci solet ad sponsum. Ita fiet, ut cum tu unius mortem expetas, cæterorum omnium saluti consultum sit. *A.* Perplacet quidem tuum consilium: sed vocetur huc etiam Chusæus Archita, ut audiamus, quid ipse quoque dicat. Chusæe, suadet Achitophel, ut Regem hac nocte invadamus: territumque & a suis destitutum, salvos reliquis, opprimamus. Tu quid censes? sequemurne ejus consilium, an non sequemur? *C.* Achitophelis consilium, hominis alioquin prudentis, hac quidem in re non probor.

a) Tu scis, ut pater tuus, & qui eum comitantur, homines sint strenui, & urbs agresti pullis orbata ferociores. Præterea pater tuus vir rei militaris scientissimus, non est cum reliqua turba per noctem

a) Qui alterum scientes fallunt, argumentis utuntur probabilibus.